Fragmentarium

Audite haec omnes gentes; christi uox est uel apostolorum; intellegite misteria
uel praecepta quae dicturus sum; et reddit adtendendos auditores suos.
Et notandum quod dicit audite omnes gentes; In ueteri quippe testa-
mento solis iudeis dabantur praecepta. ipsi soli inuitabantur ad prae-
mia; ecce nunc iam postquam christus in mundum uenit omnes gentes et naciones tam
iudei quam gentiles inuitantur ad penitenciam uocantur ad uitam; Auribus
percipite. id est mente intellegite; neque enim sufficit audisse haec aure corporis. nisi et
audita ea percipias mentis; eis uidelicet auribus quas dominus in euangelio requirit
inquiens qui habet aures audiendi audiat. Omnes qui abitatis orbem; per hina-
bitantes orbem fideles accipiuntur qui sic orbem hinabitant. ut se cum per morte
corporis secto corporis derelictos sciant; et gentes itaque omnes gentes superius
permissas pagani et adhuc erroribus dedita intelleguntur; primum itaque omnes gen-
tes. ac de omnes orbem hinabitantes ad audiendum conuocans innuit se cunctis
ut diximus hominibus tam iustis scilicet quam peccatoribus uitae praecepta dare;
unde et subdidit; Quique terrigine et filii hominum; nam quos gencium uoca-
bulo presignauit. eos nunc terrigenas dicit terra scilicet genitos. et quos orbem
inabitantes eos uocat et filios hominum fideles scilicet racionabili discrecione malum
declinantes et bonum appetentes. ac uere in christum credentes quia se in euangelio saepis-
sime filium hominis maluit apellare. Uocantur itaque omnes indiscrete ad fidem.
mali cum bonis. hedi cum agnis. reprobi cum electis; In unum et iam diues et pauper; diues
scilicet et potens et copiosus aliquis. et pauperem; et temporali uel diuitem appellat
iudaicum populum per summam mentem et extollentem. ex spiritalibus diuiciis scriptu-
rarum. et pauperem populum gentilem humilem et absque diuiciis super-
bie ad christum peruenientem. Os meum loquetur sapienciam. uox apostolorum id est praedi-
catorum christi qui est sapiencia dei patris; Et meditacio cordis mei prudenciam.
loquetur. id est meditabor et meditata loquar; in intimo quippe cordis
meditamus ea quae foris profferimus nec refert sane si [illegible] loquaris nisi [illegible] corde

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 41-48.59-66 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 105-106.112-113, LyonBM788_101_64R – Commentary on psalms
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-73yy/431/6392)